

**MASS PROPER: FERIA – THIRD SUNDAY OF ADVENT**

Mass *Gaudéte* (rose)

**INTROIT Philippians 4: 4-6**

Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. (Ps. 84: 2) Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.  
Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestra innotéscant apud Deum.

**COLLECT**

Aurem tuam, quæsumus, Dómine, précibus nostris accómmoda: et mentis nostræ ténebras, grátia tuæ visitatiónis illústra: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Philippians 4: 4-7**

Fratres, Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne, et obsecratióne, cum gratiárum actióne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, et intelligéntias vestras, in Christo Jesu Dómino nostro.

Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: for the Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything by prayer let your petitions be made known to God. (Ps. 84: 2) Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: for the Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything by prayer let your petitions be made known to God.

Incline Thine ear, we beseech Thee, O Lord, to our petitions: and, by the grace of Thy visitation, enlighten the darkness of our minds. Who lives and reigns, with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: The Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything, by prayer and supplication, with thanksgiving, let your petitions be made known to God. And the peace of God, which surpasses all understanding, keep your hearts and minds in Christ Jesus our Lord.

**GRADUAL Psalms 79: 2, 3**

Qui sedes, Dómine, super Chérubim, éxcita poténtiam tuam et veni. Qui regis Israël, inténde: Qui dedúcis velut ovem Joseph.

**GOSPEL John 1: 19-28**

In illo témpore: Misérunt Judæi ab Jerosólymis sacerdotés et levítas ad Joánnem ut interrogárent eum: Tu quis es? Et conféssus est, et non negávit, et conféssus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogavérunt eum: Quid ergo? Elías es tu? Et dixit: Non sum. Prophéta es tu? Et respóndit: Non. Dixérunt ergo ei: Quis es, ut respónsum demus his qui misérunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamántis in desérto: Dirígite viam Dómini, sicut dixit Isaías prophéta. Et qui missi fúerant erant ex pharisæis. Et interrogavérunt eum, et dixérunt ei: Quid ergo baptízas, si tu non es Christus, neque Elías, neque prophéta? Respóndit eis Joánnes, dicens: Ego baptízo in aqua: médius autem vestrum stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me ventúrus est: qui ante me factus est cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrígiam calceaménti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Jordánem, ubi erat Joánnes baptízans.

**OFFERTORY Psalms 84: 2-3**

Benedixísti, Dómine, terram tuam; avertísti captivitátem Jacob: remisísti iniquitátem plebis tuæ.

**SECRET**

Devotiónis nostræ tibi, quæsumus, Dómine, hóstia júgiter immolétur: quæ et sacri péragat institúta mystérii, et salutáre tuum in nobis mirabíliter operétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus

Thou, O Lord, that sits upon the Cherubim, stir up Thy might and come. Give ear, O Thou that rules Israel: that leads Joseph like a sheep.

At that time the Jews sent from Jerusalem priests and levites to John, to ask him: Who art thou? And he confessed: I am not the Christ. And they asked him: What then? Art thou Elias? And he said: I am not. Art thou the Prophet? And he answered: No. They said therefore unto him: Who art thou, that we may give an answer to them that sent us? He said: I am the voice of one crying in the wilderness, Make straight the way of the Lord, as said the Prophet Isaías. And they that were sent were of the Pharisees. And they asked him, and said to him: Why then dost thou baptize, if thou be not Christ, nor Elias, nor the Prophet? John answered them, saying: I baptize with water: but there hath stood one in the midst of you, whom you know not. The same is He that shall come after me, who is preferred before me: the latchet of whose shoe I am not worthy to loose. These things were done in Bethania, beyond the Jordan, where John was baptizing.

Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob: Thou hast forgiven the iniquity of Thy people.

May the sacrifice of our devotion, we beseech Thee, O Lord, be always offered unto Thee: that it may both fulfill the end for which Thou didst institute this sacred mystery, and wonderfully work in us Thy salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy

Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PREFACE OF ADVENT**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pèrdito hóminum géneri Salvatórem miséricors et fidélis promisísti: cujus véritas instrúeret inscios, sánctitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infirmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlget liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exsultámus. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

**COMMUNION Isaiah 35: 4**

Dícite: pusillánimes confortámini, et nolíte timére: ecce Deus noster véniet, et salvábit nos.

**POSTCOMMUNION**

Implorámus, Dómine, cleméntiam tuam: ut hæc divína subsidia, a vítiis expiátos ad festa ventúra nos præparent. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Son, who lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Say, ye faint-hearted, take courage and fear not: behold our God will come, and will save us.

We implore, O Lord, Thy mercy: that these divine helps may expiate our sins, and prepare us for the approaching feast. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.